



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Quidam S. Guisleni morbo percussus, eo quod miracula B. virgini rideret,
mox ab eodem sanatur, vbi à B. virgine veniam petijt ad eius imaginem
deductus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

culsa: è quibus colligere sit facile, illius temporis modestiam in habitu, & luxum ac superfluitatem hodiernam delectari.

QVIDAM S. GUISENI MORBO percussus, eo quod miracula B. virginis rideret, mox ab eodem sanatur, ubi à B. virgine veniam petijt ad eius imaginem deductus.

CAP. VI.

QVidam Atrebas Petronillæ Linieræ filius quibusdam socijs suis nec non & alijs opidi incolis colloquens in foro Cheruensi, virtutes & miracula quæ sanctissimæ Dei matris interuentu ad ædiculam & fontem, patrabantur, aperte ludibrio habebat. Et ecce tibi subito vindex Dei manus eum comprehens aliter loqui compulit, immisso morbo, quem vulgò S. Guisleni dicunt, sic vt in momento visum & loquelam amiserit notabili temporis spatio. Mox eius socij per latera hominem apprehensum, ad fontem adduxerunt. Vbi ad se reuersus, ex corde sincero veniam petijt à beata Virgine, confessus execrabiles blasphemias, quas ore polluto & infecto contra imaginem, & nomen beatæ Virginis turpiter euomuerat huius miserandi casus & infortunij causam iustè extitisse, eumque in delictum mortis adduxisse, nisi pio matris misericord

fericordiae fauore & peccatorum aduocata
meritis condonata esset culpa famulo suo
iam blasphemo, sed poenitenti. Mox quippe
finitis precibus, pristinae est sanitati restituta

QV IDAM PODAGRA VEXATVS
inuocans B. virginem, & deuotens se eum
peregrinum, sanatus est.

CAPVT VII.

Coppinus Montiniensis adeo graui
podagra, vt nec demittere se, nec
dextram vel laeuam vertere posset; beata
Virginem Cheruientem inuocans, vouit
raturum se vt ad ipsius aedulam deferretur
moxque fusa precatone conualuit, & Cheru-
uiam venit pedes, vt gratias ageret.

QV IDAM A DAEMONE OBSESSVS
sus ab obsessione liberatur, petens locum in
quo B. virgo colatur.

CAPVT VIII.

Alexius Velanius S. Petri apud Nema-
sus ceu Tornacenses paracletus ob-
sessus a maligno spiritu, vouit se peregrina-
tionis ergo venturum Cheruiam Romam
ieiuno. Facta promissione visus est sibi videtur
Daemonem abeuntem, petensque locum ubi
sanctam